Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



225

Lxiim. Uespere autem sabbati que lucescit
in prima sabbati. uenit maria magdalene
& altera maria uidere sepulchrum.
Quod diuersa tempora istarum mulierum
in euangeliis discribuntur. Non mendacii
signum est ut impii obiciunt. sed sedulae
uisitationis officia. dum crebro abeunt
accedunt. & non patiuntur sepulchro
dni diu abesse. uel longius. Ecce terre
motus factus est magnus. angelus enim dni
descendit de caelo. & accedens reuoluit
lapidem. & sedebat super eum. Erat autem
aspectus eius sicut fulgor. & uestimentum eius
sicut nix. Dns noster. atque idem unus
filius dei. & filius hominis. iuxta utramque
naturam diuinitatis & carnis. Nunc
magnitudinis suae. nunc humilitatis
signa demonstrat. Unde & in praesenti
loco qua qua homo est. qui crucifixus est.
qui sepultus. qui clausus tumulo. quem
lapis obpositus cohibet. tecmenque foris
agunturs oscendunt filium dei. Sol fugiens
tenebrae ingruentes. terra mota.